

largo modo sint extimati libris XX grossorum, absque pannis quatuor, qui accepti fuerunt pro Curacijs; que mittantur ipsi D^{mo} Regi; sed bene habebitur plus de eis; Cumque id quod emptum et acceptum est, pro mittendo quod dictis ascendat circa solidos quadraginta grossorum ultra; Capta fuit pars, quod illi denarii quibus constiterunt ipsa dona plus satisfiant.

[Presbiter, 27].

73.

1311, *Giugno* 22.

Galea concessa a Bembo Dardi per il viaggio dell' ambasciatore.

Quod fiat gratia nobili viro *Dardi Bembo*, quod concedatur sibi secundum usum una ex galeis nostri Comunis pro ire ad levandum mercatores et mercationes de Cypro et Armenia, cum suis correidis; hac condicione quod si D^{ms} Dux vellet mittere ambaxatorem vel Baiulum in Cyprum vel Armeniam teneatur ipsum portare sine naulo, et teneatur similiter conducere inde Venetias ambaxatorem D^{mi} Ducis, qui est ibi, et ambaxatores qui sunt in Creta, sine aliquo naulo persolvendo, et si voluerit arma a nostro Comuni, satisfaciat nostro Comuni utilitatem armorum, secundum usum.

[Presbiter, 42, t^o].

74.

1311, *Luglio* 10.

Permesso al nunzio del Re di levar 560 Remi senza dazio.

Quod fiat gratia Nuncio D^{mi} Regis Armenie quod possit facere extrahi de Venetiis sine datio circa 560 Remos, inter parvos et magnos, pro furnimento duarum galeamrum et unius ligni.

[Presbiter, 45].